



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 145. Dissidia inter Electorum Legatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Et illaudati exempli, nec ullo modo <sup>Sæcul XVI.</sup> possit excusari: deliberatio etiam de A C. 1546. inferendo Turcis bello, in hoc tempus est rejecta, sed anno superiori Gallia Rex mihi nuntiavit, quod de induciis impetrandis sit spes, ad eamque rem procurandam suum studium & operam est pollicitus, & quia non ita pridem auxilia mihi dederunt Ordines, annona quoque multis in locis non respondet expectationi, visum mihi fuit, Germaniam esse nonnihil recreandam, ut, cum opus erit, tolerare sumptum possit: itaque per intercessionem Gallia Regis egi cum Turca, & unius anni pactus sum inducias: cum autem illa jam ad finem Octobris exeant, & alioqui non uno modo violentur, sicut a Ferdinando Rege fratre meo accepi, & qui sit futurus eventus, non constet, omnino arbitror, futurum, ut cum res ita poscat, illud, quod de auxiliis antea polliciti sunt, præstent: ego vicissim, quod ad tutandum imperium pertinet, nihil non sum collaturus & opis & consilii.

§. CXLV.

*Diffidia inter Electorum Legatos.*

Verum hæc Cæsaris oratio adeo non <sup>Sleid. p. 582.</sup> Principes ad mutuam, ut moris erat,

Sæcul. XVI. erat, consultationem permovebat, ut  
A.C. 1546. etiam inde novis inter se diffidiis colli-  
 derentur; Moguntini enim ac Trevi-  
 renses Legati, cum a Colonienſibus,  
 Palatinis, Saxonis & Brandeburgen-  
 ſibus ſecederent, ſequæ Catholicis ad-  
 jungerent, re in deliberationem voca-  
 ta Concilium Tridentinum approba-  
 runt, Cæſaremque hortati ſunt, ut il-  
 lud quoque tueretur, ac Proteſtanti-  
 bus perſuaderet, quatenus & ipſi illud  
 reciperent, & ſuos ad illud Legatos  
 mitterent, nec non ſeſe illius Decre-  
 tis ac deciſionibus ſubmitterent: Vi-  
 ciſſim vero Proteſtantes a Cæſare pe-  
 tebant, ut firmam pacem, & æquale  
 utrinque jus conſtituat, ac Religionis  
 negotia in legitima totius Germaniæ  
 Synodo, vel in Imperii Comitiis, aut  
 denique in doctorum Theologorum  
 conventu dirimi permittat; Tridenti-  
 num enim Concilium, aiebant, non  
 eſſe illud, quod in Imperii Conventi-  
 bus ſæpius fuit promiſſum, ut proin  
 illud acceptari nulla ſpes ſuperſit. Ve-  
 rum Imperator ad hæc effugia ſurdas  
 præbuit aures, tantamque in Frideri-  
 cum Saxonix Electorem indignatio-  
 nem concepit, ut eidem hæc ſuo no-  
 mine ſignificari juberet: „Viro hone-  
 „ſto indignum eſt, quod nullam omni-  
 „no

„no habeat rationem tantæ sollicitudi-  
 „nis, qua Imperator generalis Conci-  
 „lii celebrationem ideo urget, ut tandem  
 „junctis viribus pax Ecclesiæ reddi pos-  
 „set, minus vero Principem decet,  
 „tam nequiter Cæsari, Imperio, atque  
 „Ecclesiæ illudere. „ Nec hac con-  
 tentus epistola Imperator, specialiter  
 Baroni Krazelo Electoris Ministro ne-  
 gotium dedit, ut ferme eadem Princi-  
 pi suo perscriberet.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1546.

§. CXLVI.

*Cardinalis Tridentinus a Cæsare  
 Romam decretus.*

Percepta hac Cæsaris indignatione *Sleid. l. c.*

Protestantibus firmissime adhuc insedit  
 suspicio, quod bellum in eos adornaret;  
 nec amplius de hoc Cæsaris proposito  
 dubitabant, postquam eis nuntiatum  
 erat, quod Carolus veredariis equis  
 Cardinalem Tridentinum Romam ab-  
 legasset, ut deplorandum summo Pon-  
 tifici statum exponeret, in quo Religio  
 Catholica in Germania cum summo di-  
 scrimine versaretur, ni promptum ad-  
 hibebatur remedium. Perceperant quo-  
 que Protestantes, quod Imperator Bel-  
 liduces ac tribunos, ut milites conscri-  
 berent, cum pecunijs dimisisset, ac Ma-

xi-